ce Schamájim, etiam *corporale* & ſenſile aliquid connotari;

85. aut *in iis quæ ad terram* hanc & corporalia noſtra pertinent, etiam *ſpirituale* & inviſibile aliquid connotari;

86. certum tamen eſt, & in illis ſpirituale aliquid, & ſi quid etiam corporale notatur, *ſpirituale* tamen *principaliter* notari;

87. & in his corporale aliquid, & ſi quid etiam ſpirituale notatur, *corporale* tamen *principaliter* & propriè ſecundùm literam intelligendum eſſe.

88. Tohu igitur, hoc eſt, deſolatum, ſolitarium; & Bohu, hoc eſt, vacuum, *ad terram* pertinere, ex literá apertiſſimum eſt,

89. Sic & in Choschech, hoc eſt, tenebris, *oppoſitum aliquid luci* noſtræ viſibili intelligi: ſicut *nigredo* albedini, *frigus* calori opponitur.

90. *Aræz Hajetah tohu*; uſitatè ver-